



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Doctorum sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CERTAMEN I.

Doſtorum ſententiæ.

Pro negatiua ſententia ſtant Vaſquez 1. p. d. 93. cap. 2. Becanus 1. p. tract. 1. cap. 14. q. 3. num. 15. d. 82. c. 2. Magiſter meus Daza ſupra §. 3. Quibus ex parte conſentiunt plures, ac præcipui Doctores, qui negatiue huius ſententiæ abſolute prolatae aduerſantur. Aſſerunt enim non poſſe velle cum habitumque ex intentione gloriæ prædeſtinati à Deo permiſſionem peccati, vt vitem per penitentiam ad prædeſtinatam gloriam, quia peccatum, ſive quo penitentia eſſe non poteſt, vel formaliter vel interpretatiue, ſeu virtualiter ametur à Deo, (quod iuxta dicta nuper omnino repugnat) vt præcipuum negatiue abſolute ſententiæ argumentum conuincere ipſis videtur. Ita expreſſe Sorius noſter 3. de Prædeſtinat. c. 8. n. 11. & lib. 2. opulſor, qui eſt de conſuſu Dei c. 4. ad obſecutionem 4. Merize citata d. 10. c. 6. n. 31. verſu. *Natura permiſſionis ſic expreſſa*. Falſo ſupra in 1. p. q. 2. art. 2. dub. 4. num. 5. Certe- rum ex intentione gloriæ prædeſtinati non autem vt per medium penitentia à prædeſtinato obtinenda, ſed abſtrahendo ab illo & ex amore aliorum mediolorum, quibus æqua eademque gloria obtineri abſolute poteſt (ſiquidem penitentia medium vnicum eam gloriam conſequendi non eſt, cum aliis innumeris virtutum actibus, abſque penitentia, & peccato, valeat obtineri) ex intentione ſalutis prædeſtinati poſſe à Deo permiſſionem peccati vt medium ad eam obtinendam eligi, & haberi ac proinde effectus prædeſtinationis eſſe: eos vero actus aiunt eſſe humilitatis fragilitate ex permiſſione peccati à prædeſtinato deprehenſa, ſimileſque alios ex eadem cognitione oriundos, atque à Patribus vbi proximè, alibiſque frequenter notatos. Sed tamen (cum hi Doctores vident eos etiam actus haberi à prædeſtinato ex cognitione fragilitatis propriæ experimentum, non permiſſionis Dei, quam in ſeipſa viatores non agnoſcunt, ſed peccati proprii, quod illam conſequitur, deprehenſione: nec ſolum experimento tentationum, quantumvis grauium, & vigenitum, quia noſtre peccatis non ſunt: quare nec noſtre fragilitatis argumentum, niſi eis non reſiſtentia, & ceſſio accedat noſtra per conſenſum, tentatio materia potius, & argumentum virtutis noſtre ipſis imperita eſt. & quo vigenitior ſit, materia, & argumentum maius) addunt: ſatis eſſe, vt effectus prædeſtinationis permiſſio peccati ſit, eam ex ſcientia media futuræ humilitatis ex cognitione admiſſi à prædeſtinato peccati à Deo concipi ex intentione ſalutis eius per eos actus obtinenda, & adhiberi. quia vellet peccatum: quia ſolum vult, quod ipſe facit, non autem quod ſolum permittit: permittit autem ſolummodo peccatum: facit autem humilitatem prædeſtinati ex peccato admiſſo: quare illo præſcito ſolum non vult, humilitatem, & ſimiles actus, ac per eos gloriam vult, ex conuincit amore permiſſione peccati eligi, & apponit.

2. Hæc ſunt pro ſententia illa media negante permiſſionem peccati ex amore penitentia, & intentione gloriæ prædeſtinati per illam obtinenda effectum prædeſtinationis eſſe non poſſe: eſſe poſſe eſſe ex amore humilitatis à Sorio, & alieſis hæcenus excogitata. Contra quæ illud in primis facit, quod vltimo reſulimus: ſi enim ex eo, quod Deus ea ſolum velit, quæ facit, non autem, quæ tantummodo permittit, ac proinde reſpectu peccati quod permittit tantum, ſatis eſt eius permiſſionem ex ſcientia media peccati ſub illa futuri à Deo eligi, & adhiberi, quin ex eius amore, tamen ex amore humilitatis, & gloriæ per illam determinate obtinenda eligatur, vt effectus prædeſtinationis permiſſio peccati conſeſſetur, ac ſit: eadem peccati permiſſio ex amore penitentia, & intentione ſalutis prædeſtinati per illam determinate obtinenda, quin peccatum ametur, ſed ſolum conſequenti præſcitur à Deo

Chriſtoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

eligi ab ipſo poterit: ac ſubinde & eſſe prædeſtinationis effectus. Dices humilitatem illam prædeſtinati aliunde quam ex peccati permiſſione, & experimentalis cognitione admiſſi peccati poſſe à prædeſtinato haberi: ſecus penitentiam, quæ non niſi de admiſſo peccato eſſe poteſt, & reſpectu cuius medium vnicum, & eſſentialiter prærequiſitum peccatum eſt: imprimis ſolutio hæc vim argumenti non euacuat. Si enim ex amore virtutis peccatum ſubſecuta, & intentione gloriæ per illam determinate obtinenda permiſſio peccati eligi poteſt à Deo ex ſola præſcientia conditionata illius, quin ex amore formalis, vel virtualis, ac interpretatiue peccati eligatur: quia id ſolum amat Deus, quod facit, non verò, quod ſolum permittit, vt peccatum, hoc totum, eſt peccatum medium vnicum ad virtutem, per quam gloria prædeſtinati obtinenda eſt, vnicum ſit, æque inuenitur, ac ſi non vnicum eſſet, ſed alia addeſſent plura: ergo eadem ratione permiſſio peccati ex amore penitentia illud neceſſario præſupponens, & intentione gloriæ per illam determinate obtinenda eligi à Deo poteſt ac proinde eſſe prædeſtinationis effectus.

3. Contra ſecundo: quia humilitas prædeſtinati, ex cuius amore, & intentione gloriæ per ipſam obtinenda permiſſio peccati à Deo eligatur, non eſt humilitas ſpecificè ſolum ſumpta, nec alia indiuidua humilitas ab ea, quæ de facto ex permiſſione peccati apponitur: alia enim omnes, nec apponuntur, & quæ aliunde apponantur, ſeu apponerentur permiſſionem peccati cum gloriæ aſſecutione non coniungerent, cum nullatenus inter ſe ordinem haberent: nec permiſſio quæ ipſas nullatenus antecedit per ipſas gloriæ aſſecutioni vllatenus inferiuret, vt effectus prædeſtinationis eſſe poſſit: atqui humilitas prædeſtinati: quæ de facto ex permiſſione peccati apponitur, eſt medium vnicum, vt ſic loquar, ſeu potius materia neceſſaria, peccatum, æque, atque penitentia: ergo nulla ſolutio. Minor probatur, quia ex permiſſione peccati humilitas orta eſſentia ſua eſt humilitas de peccato, ſeu fragilitate deprehenſa ex admiſſo peccato, vt vidimus num. 1. ſicut eſt de admiſſo peccato penitentia: effectus enim voluntatis quouis ſine, aut motiuo, & obiectiua occasione variata eſſentialiter variantur: quare humilitas, aliunde quam ex peccato admiſſo concepta alia eſſet ab humilitate inde orta, & quæ ex permiſſione peccati apponitur in prædeſtinato. Contra tertio: quia eſſe medium vnicum ad gloriam intentam prædeſtinato non requiritur ad hoc, vt ſit prædeſtinationis effectus: alioqui, cum intentam gloriam prædeſtinato, cuius abſque humilitate ob admiſſum peccatum, quare & abſque peccati permiſſione poſſet à prædeſtinato per alios actus virtutum aliorum obtineri, nec humilitas ob admiſſum peccatum, neque huius permiſſio effectus prædeſtinationis eſſent contra ita reſpondentes aduerſarios: denique, cum nihil effectus prædeſtinationis ſit, eſſe poſſit, niſi medium efficax, & de facto coniungendū cum aſſecutione gloriæ à prædeſtinato: atque nec peccati permiſſio, nec de peccato admiſſo, humilitas, nec quidquid aliud quouis modo ad gloriam conducent efficax medium, ſive de facto cum gloriæ aſſecutione coniungi poſſit, niſi media penitentia de peccato permiſſo, & admiſſo à prædeſtinato, reſpectu cuius effectus prædeſtinationis, vt talis ſit, penitentia medium vnicum erit ad eius efficaciam, & coniunctionem cum gloria ac proinde iuxta modum philoſophandi horum Doctorem argumentum Vaſquianum hic concludit.

4. Neque eligi prædeſtinatiue, ſive vt effectus prædeſtinationis, permiſſio peccati, niſi ex intentione beatitudinis: aſt nequit eligi ex intentione beatitudinis permiſſio peccati prædeſtinatiue, ſive vt effectus prædeſtinationis, niſi eligatur ex intentione, ſeu amore penitentia, qui Deo proſus per vos repugnat ante præſcitur peccatum abſolute, quia eſt voluntas, vel formalis, vel interpretatiua, & virtualis peccati intermedii ſine quo penitentia eſſe non poſſet: ergo nequit eligi à Deo permiſſio peccati prædeſtinatiue ſive vt effectus prædeſtinationis. Maior ſyllogiſmi ab aduerſariis, immò & ab omnibus Theologis admittitur. Minor probatur facile ex dictis: quia permiſſio ac ſubinde admiſſo peccato à prædeſtinato, nequit permiſſio peccati aut aliquid aliud ad gloriam prædeſtinati conducent eſſe medium efficax, ſive de facto coniungendū cum aſſecutione gloriæ à prædeſtinato, niſi media penitentia.

FIN

tentia, qua prædestinatus iustificetur, atque in iustitia de-
cedat, atque ita humilitas, & reliqua ad vitam æternam ef-
ficaciter ad eius gloriam conducat, ac de facto cum eius
ad prædestinatam coniunctione iungantur, ut patet: at-
qui nequit medium vllum eligi prædestinationis, siue, ut ef-
fectus prædestinationis, nisi ut efficaciter, seu de facto con-
iungendum cum affectione gloriæ ad prædestinato: ergo
nequit eligi peccati permissio prædestinationis, nisi, ut mediū
efficax, & de facto coniungendum per penitentiam cum
affectione gloriæ ad prædestinato. Nequit autem per vos
eligi à Deo permissio peccati, aut humilitas ut mediū effi-
cax, & de facto coniungendum per penitentiam determi-
nate cum affectione gloriæ ad prædestinato, nisi ex ex-
presso amore penitentia, & subinde amore, vel expresso
vel interpretatio peccati, sine quo penitentia esse non
potest, & cuius amor Deo repugnat: ergo in vestris princi-
piis permissio peccati effectus prædestinationis ad glori-
am, etiam per humilitatem, vel aliam quamvis virtu-
tem è peccati admissi experimentaliter cognoscitur de facto
ortam esse minime potest quare nec penitentia vestra me-
dia potest, salua consequentia vestra hac doctrina, & so-
lutione consistere: quare, vel negandum vobis absolute
est permissionem peccati effectum prædestinationis esse
posse: vel etiam ex amore penitentia, nec solum humili-
tatis, aut virtutis alterius permissionem peccati à Deo cõ-
cepta esse prædestinationis effectū est à vobis admittendū.

1. Hæc, etsi gloriæ intentio, ex qua permissio eligitur
inefficax sit, vim suam habent. siquidem seipso proxime,
immediate vtile ad intentum finem non est, sed medio alio
& quia vtile ad aliud medium proximum est, ut vtile
ad hoc proximum, cuius interuentu esse vtile ad finem
solummodo potest, debet ex intentione illius amari, ac
subinde ex medijs illius intentione apponatur. Cum autem
permissio efficax soluiat de facto coniungenda cū fine
eligenda prædestinationis sit, nec nisi media penitentia, &
peccato coniungenda cum gloria de facto, ac subinde ef-
ficax esse possit etsi ex intentione inefficaci salutis, &
gloriæ procedat etiam si ex inefficaci intentione gloriæ
eligatur prædestinationis peccati permissio ex amore peni-
tentia, atque, ut hi necessario inferri inde putant ex a-
more peccati eius permissio eligenda à Deo est, quod re-
pugnat: ac subinde permissionem peccati effectum præde-
stinationis esse absolute, & omnino repugnat. Pa-
teor ex intentione efficaci ultra motionem intentionalem
communem intentioni efficaci & inefficaci esse determi-
nationem physicam voluntatis ad electionem medijs
determinate huius, si vnicum medium sit, vel huius, vel il-
lius, si plura. Ceterum quoad subordinationem motionis
intentionalis ad electionem medijs remotioris ex amore
proximorum sui nulla est efficacis ab inefficaci intentione
finis, ex qua media eliguntur diuersitas, neque in
vna quam in alia difficultas maior.

CERTAMEN II.

Euasio electionis extrinseca præfato
argumento præcluditur.

Ripalda tom. 1. de ente supernaturali, disput. 66. sect.
3. ex doctrina Soarj tom. 3. de gratia lib. 12. c. 11.
num. 2. & sæpè à nobis confutati Complutenses nostri
recentiores manuscripto de voluntate d. 6. m. 2. num. 29.
& de prædestinato d. 8. m. 2. a. §. 4. ut argumento hætenus
pro negante sententia efformato satisfaciatur, duplicem
electionem distinguunt Alteram formalem, & intrinsecam;
qua medium, ut vtile ad finem intentum formaliter eligi-
gitur: & eam quidem non posse esse medijs remoti, nisi
proximius intermediū, sine quo illud vtile ad finem non
est ametur, & ex eius etiam amore remotum eligatur, ut
argumentum nostrorum Valsquianorum euincit. Alteram
vero electionem esse aiunt materialem, & extrinsecam;
qua medium, vtile quidem ad finem, non autem, qua vtile,
neque ex finis illius intentione ametur, sed aliunde ob
fines alios, ad quos medium illud vtile etiam, ac proprie

medium est: tamen ut electio materialis & extrinseca sit,
oporteat, ut conducentia, & vtilitas, etiam efficax medium
sibi efficacia ipsa, & coniunctio de facto cum fine illo, ob
quem tamen non eligitur, sed ob alium, ab illud medium
eligente prenoscat. Ratione fit: sed quia intentio finis
ad dandam illi existentiam solummodo, siue efficaciter,
siue inefficaciter, nihilque aliud medium electionis, &
appositione intendit; aut, cum sine amore formalis vtili-
tatis ad eum finem appositam absolute causare pos-
sit, si sufficientia sit, causanteque absolute, & de facto
illum, si efficaciter, ac si, ut vtilis formaliter ad finem
finem electionis intrinseca eligentur, atque apponatur
tur, ut æque intentioni finis electio hac extrinseca, &
materialis medium abique formali amore vtilitatis in-
formem ad finem illum inferat, atque formali electio, &
amor medium, ut vtilium ad eum finem valeat & inten-
tionis eius effectus erunt. Confirmant primo electione
ipsa medium, quæ non vtilis solum ad intentum finem
sed prorsus necessaria est, atque ex intentione apponatur,
quia vtilitatis suæ ad finem amore apponitur, Secundo
confirmant ex intentione satisfaciendi Deo pro peccato,
ex qua actus charitatis proprie, & strictæ imperant,
& elicitur ob solam Dei bonitatem, non autem ob
vtilitatem eius ad satisfactionem intentam; alioquin
non charitatis actus proprius, sed concupiscentia foret.
Sed tamen sicut charitatis actus ex intentione sa-
tisfaciendi Deo non imperatur, nisi eius vtilitas ad
satisfactionem, ac subinde materia apta ad satisfaci-
endum prenosceretur, ita nec media materialis, ex-
trinsecaque electione ex intentione finis apponatur,
nisi eorum vtilitas, & conducentia, ac efficacitas, &
medijs efficacis electio est futura, si fuerit, & ex
his concludunt: permissionem peccati electione hac
extrinseca, & materiali eius vtilitate ad intentum glori-
am prædestinati cogita solum, cui a Deo non ac-
tem amata: quare neque penitentiam, aut humili-
tatem ex subiecto peccato habendam, qua solum me-
dia de facto coniungi cum gloria prædestinati, medijs
que efficacis ad ipsam esse potest, neque potest
ipsum inter medium amari à Deo vtilitatem debere
ut deberent amari finis electione intrinseca, & qui vti-
lis formaliter ad gloriam intentam prædestinato, ut
de facto cum ipsa coniungenda permissio peccati
ex intentione gloriæ prædestinati eligatur: quia non
aliter, quam penitentia, & subinde peccato repug-
nans vtilis, ac de facto coniungenda gloriæ prædesti-
nati permissio peccati esse potest, ut bene Valsquianus
arguebat.

2. Doctrinam hanc simili difficultati diluenda applica-
tam consutauimus controu. 3. de incarnatione. d. 1. q. 4.
cert. 1. a. num. 3. & toto certam. 2. priusque eam posui-
t oderat noster Petrus Hurtado de Mendoza 2.2. d. 1. c. 1.
§. 4. sect. 4. & d. 135. subsect. 2. ut singularem, &
Principis Philosophici, & Theologici adiectum. Et
in primis fundamenta quibus in illam eius Patrum dicti
vel seducti potius sunt ex minori eorum præcipuum ac-
tentione fuere suborta. Etenim dicitur intentionis in
electionem medium ad finem, & ac subinde posui-
nem, & executionem finis per media motus con-
sideranda distinguendaque sunt. Alter motus phy-
sicæ ad electionem illam, vel necessariū, & determinatū:
intentio efficax sit, vel indifferenter, & abique vtili-
terminatione, si inefficax solum sit intentio de fac-
& ad hanc præcisè sumptam motionem physicam co-
gnitio vtilitatis, aut efficacis eius, quod ex intentione
illa ad finis affectionem apponendum est, nullatenus re-
quiritur; tamen necessario ad finis intenti affectionem
intercedat, ut patet in electione de cuius necessitate, ut
vtilitate ad finem intentum consequendum, nihil prorsus
cogitantes physice voluntas nostra ex finis intentione
mouetur atque, si efficax intentio sit, ad medijs efficacem
electionem determinatur. Ratio autem est: quia ad phy-
sicam motionem præcisam vnius cause ab alia cognito-
ne opus non est, cum is motus, qua talis naturaliter sit, nec
motui causarum naturalium vltimus diffinitio; phy-
sica vero solum cause ad effectus motus cognos-
tionem nullatenus requirit. Habet vero intentionem
eum hac physica motione ad medium electionis
cum affectione gloriæ ad prædestinato, nisi media peni-
tentia